Judicij nostri et ipsius Delatorem Nobilem Martianum olim Adami Perkowski
in Karpie Perki haeredem Actorem Et Nobilem Joannem olim Stanislai Perkow
ski in eadem parte haeredem citatum Ideo Quia ipse contra Jura Regni
quibus complicitas infamium vetita est ausus est cum Nobili Laurentio olim
Rostani Zygowski ex instantia Delatoris per Decretum Judicij Tribunalis Re
gni Lublinensis infami pronunciati et publicati ratione domus Actoris
invasionis fenestrarum excisionis et vulnerationis ut idem Decretum
Latius de praemissis refert conversari et consilio ac victu providere
per quod contra Jura excessit et poenam complicitatis incurrit Citatur
igitur ad videndam et audiendam super ipso et bonis ipsius poenam compli
citatis similis poenae infamiae decerni Et per Ministerialem publicari
ac in executione procedi. Citatione ipsa de hib latiore. Hodierno
in termino ex eadem citatione ad praesens legitime proveniente et
incidente. Judicium praesens Castrense Capitaneale Branscense controversys
utrarumque partium Actore per se personaliter citato vero per Nobilem
Albertum Krzymowski Judicialiter factis exauditis et debite intellectis
ob antiquam positionem citationis citatum a termino praesenti liberum
fecit et pronunciavit. adertet denuo Actor debite si Velit.

Falkowskiey Actoneum Motio

Proposuit Judicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Branscensi Judicio
Instigator Judicij praesentis Suo cum infrascripto Delatore contra infranominatum
Citatum ex Citatione Literali Castrensi Branscensi tenoris eiusmodi. Franciscus
Joannes Lesznowolski Branscensis etc. Capitaneus Tibi Nobili Paulo Woytkowski
ex Omnibus bonis tuis Rigore Regio et Nostra Capitaneali authoritate mandamus
Ut in Terminis Judicialibus Simul et Querellarum ac Causarum Officij Capitan.
Castrensis Branscensis Feria Secunda post datam praesentis Citationis primo et proximus
in Curia Regia Branscensi Cellebrandis personaliter et peremptorie compareas ad
instantiam Instigatoris Judicij Nostri et ipsius Delatoris Nobilis Dorothea con
sortis relictae olim Nobilis Pauli Falkowski Actoris qui te citat ad banniendum
et de Regno Poloniae Dominijsque eidem annexis proscribendum exco ob non
admissam intromissionem per Ministerialem et Nobiles ducis apud te officiose
affectatam Rigore Actricis perluctorum in officio praesenti in Causa ideo Quia
tu in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Palla
tinatu Podlachiae Sunt sublata ausus es in Via libera bonorum Zakrzewo
Siliginem Cassulas duas Zalovis Octo florenorum Polonicalium in 2am
cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et extorquere prout de facto
recepisti et extorsisti per quod in poenam Bannitionis incidisti ad quam

ad quam super te decernendam et per Ministerialem publicandam citavis Iudicialiter sis responsurus. Datum in Curia Regia Bransensi feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Et post propositionem suam modo praemisso factam Pars Actorea deducendo parti citatae legitimo de Termino Statuit Ministerialem Generalem Regni Nobilem Benedictum Proszenski qui citationis praeinsertae Copiam Sigillatam ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Quo sic deducto Caeterisq. contentis propositionis suae Verificatis. petiyt citatum ad procedendum compelli.

Woyikowski Libertas

In Causa infrascripta Iudiciaria mota et Vertente Inter Instigatorem Iudicii Nostri et ipsius Delatorem Nobilem Dorotheam consortem relictam olim Nobilis Pauli Falkowski Actorem Et Nobilem Paulum Woyikowski ad bannendum et de Regno Poloniae Dominysq. eidem annexis proscribendum citatum ex eo ob non admissam intromissionem per Ministerialem et Nobiles duos apud ips. officiose affectatam Bijowo Actricis perlicerorum in officio praesenti in causa ideo. Quia ipse in contrarium iurium et libertatum Regni quibus thelonea in Pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausus est in via libera bonorum Zalerzewo siliginem casulas duas valoris octo Florenorum polon. in vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et extorquere prout de facto recepit et extorsit per quod in paenam Bannitionis incidit. citatur autem ad decernendam super ipso et bonis eius omnibus paenam bannitionis decerni et per Ministerialem publicari. Citatione ipsa de his latiori Hodierno in Termino ex eadem citatione ad praesens legitime incidente et proveniente. Iudicium praesens Castrense Capitaneale Bransce controversiys partium utrarumq. Actore ad per Nobilem Mathiam Falkowski filium suum citato vero per se personaliter coram se iudicialiter factis exauditis et debite intellectis. teneri adesse delatorem ad promovendam causam suam in puncto Bannitionis censuit ex quo non comparet ideo citatum a termino praesenti liberum fecit et pronunciavit.

Inter Oporowski et Iankowska Coniuges Motio

In Causa et Actione iudicialiter Vertente inter Honestum Procopium Procopik Famulum Reverendi Laurentiy Czarnaczki Plebani Boczkowiensis cum eiusdem Domini sui authoritate Actorem et Generosos Ioannem olim Lucae Oporowski et Helenam Iankowska invicem Coniuges de Piesli haeredes praesertim maritatam cum mariti ipsius assistentia citatos Ratione trium tanarum siliginis mensurae Boczkowiensis in via libera bonorum Piesli dum praefatus famulus de Boczki ad Sona Brzesczanka proficiscebatur in vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei receptionis, exindeq. paenae Mille Marcarum polon. Succumbentionis Citatione ipsa